sibi recognoscenti et G[eneros]o Theophilo sorori suae cum pro
visione annua ab eadem summa aperta spectan[te] quantum
ad interesse suum tam summae originalis quam et provisionis
ab eadem summa spectantis concernit ob praestitam sibi suf
ficientem satisfactionem uterq[ue] eorum tam soror quam et
frater quietant et liberum faciunt inscriptiones tam
originalem quam et cessivam tum et assecuratoriam re
spectu summae principalis et provisionis Cum omni eorum
effectu cassant et annihilant omniq[ue] praetensioni ad eadem
bona ex quovis fonte habito uterq[ue] eorum abrenunciant
perpetuis ac diuternis temporibus.

G Sarrickich — Advitalitas

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus]
personaliter comparens Generosus Casimirus Vladisla
us Komorowski olim G[enero]si Floriani Komorowski fili
us in Krzywa Kamionka et haeres sanus mente et corpore
existens palam publice ac libere verbisq[ue] per expressis reco
gnovit Quia Generoso Stephano Sarrickj filio Gaspari et Casimi
ro filio eiusdem Stephani in villa Truszowszczyzna ad bona Krzywa
sua haereditaria pertinen[te] advitalitatem et usumfructum unius
mansi in quolibet campo per unum mansum prout extenditur et in
area aedificiisq[ue] in eadem area existentibus in qua aliquando
Laborziński Krut subditus residebat horto pomario agris pratis
morgis additamentis et cum omnibus eorundem bonorum utilita
tibus attinentiis ad eundem mansum in quolibet campo et aream
pertinentibus nullis exceptis ad extrema vitae cuiuslibet eorum
tempora inscribit et assecurat tali modo Quod ipsi primo pa
rens et postea filius ea bona suprascripta cum omnibus proventi
bus utilitat[ibus] attinentiis tenebunt habebunt possidebunt illisq[ue] utan
tur ad extrema vitae suae tempora Post mortem vero et decessu
ipsorum Sarrickich bona eadem in ipsum Generosum Komo
rowski et eius legitimos successores plenarie devolvi
debent absq[ue] quavis contradictione successorum ipsorum